MONUMENTA GERMANIAE

Anno Domini MCCXLIIII. Maguntinus in octava — Cr. Reinh.
epiphanie Domini omnes cleros cum religiosis
civitatem Erffordensem exire compulit. qui
proxima dominica Letare in villa Frimaria con-
ventum statuens Fredericum imperatorem cum
Erffordensibus denunciavit excommunicatos
ac post hec tercio Kalend. Iunii in Fritz-
laria concilium faciens eadem confirmavit.
Eodem anno quintam partem reddituum a — Cr. S. P. ([illegible])
clero exegit.

Celestinus quartus factus est papa anno Domini — [illegible]
MCCXL, sedit unum annum. Vir erat Mediola-
nensis, primi dictus Gaufridus episcopus Sa- — Cr. Reinh.
binensis cardinalis. Mortuo illo cessavit episco- — Cr. Minor.
patus quasi duobus annis. Et cum non essent
nisi novem cardinales, concordare non poterant
in periculum tocius ecclesie. — [illegible]

Innocencius quartus factus est papa anno
Domini MCCXLIII. Cardinales in urbe Romana
conclusi dum non possent concordare in
papam, votum fecerunt beate virgini, ut
octavam nativitatis eius omni clero celebran-
dam indicerent, si eius auxilio in papam
eligendum concordarent. Moxque interveniente
beata Dei genitrice concorditer elegerunt do-
minum Innocencium quartum, qui sedit an- — Cr. Minor.
nos duodecim. Vir vocabatur — — Extra de homi-
cidio = Cron. Minor.

Anno Domini MCCXLV. in mense Iulii Lugduno — cf. 135! Cr. S. P.
Gallie celebratum est concilium presidente do-
mino papa Innocencio quarto cum CCL episco-
pis, ubi per sentenciam Fredericum quondam
imperatorem iuri regni destituit eandemque
sentenciam Predicatoribus atque Minoribus